

cumentoz. Omnia eniz que mandauit do-
minus. & que pdicauit quid aliud sunt q̄ me-
dicamina animarum: Unde Sapient. xvj.
dicitur. Neq; herba: neq; malagma sanat il-
los: sed tuus domie sermo qui sanat omnia.
Hinc Augusti. Medicina omnibus cou-
solentem. omnia tumētia cōprimētē. omnia
rubescentia reficientē. omnia supflua resecā-
rem. omnia necessaria custodientē. omnia
perdita reparantē. omnia deprauata corrigē-
rem. Unde bene addidit ille sermonez domi-
ni esse medicinā qui dicebat Mat. viij. Tā-
tum dic verbo & sanabitur puer meus. **T**
Tercio sanat deus medicus per cordis sui
incitāmēta: hoc est per cordis affectiōes que
sunt virtutes: vt est ei⁹ pietas. benignitas.
misericordia. & charitas. que cor suuz exube-
rare faciunt ad omnez gratiam exhibendā. &
vt quātumcūq; faciliter cor eius nostris pre-
cibus pulserit: oleum sue gratie nostris vul-
neribus infundat. Unde de eius misericor-
dia q̄ ipsa sanat dicitur Sapient. xvj. Misericordia
tua adueniēs sanabit eos. De oī-
bus autem subditur ibidez infra. Substan-
tiā tuā & dulcedinez tuā quā in filios habes
ostēdebas: scilicet sanando infirmitates no-
stras: vocans dei affectiōes siue eius virtu-
tes substantiā suam. eo q̄ non insunt accidē-
taliter sicut nobis: sed insunt ei essentialiter
quia non sunt aliud nisi deus. **H**is ergo tri-
bus sanat deus medicus in hac vita peregrī-
natiōis nostre infirmitates dispensatiue: tñ
de eis in nobis aliquid licet tenuiter relin-
quēs vt humiliores cautiōes nobis ipis co-
gnitiōes pmaneamus. **D**icit autēz domi-
nus Albertus q̄ deus sanat quadrupli. scilicet
licet ab infirmitate pseruando. causa 3 infir-
mitatis expellendo. sanitate perditā repa-
rando. sanitate reparatā cōseruando. hec
quatuor per diuinā gratiā deus operatur
in nobis. quia per gratiā ab infirmitate pre-
seruamur. vel infirmi iam facti per gratiā
sanamur: & iam sani facti per gratiā cōser-
uamur. **U**ltimo sanat deus medicus in pa-
tria ad plenā & perfectā sanitatem: vt ibi
sanari in perpetuū nunq̄ aliquid de infirmi-
tatibus vel quibuslibet molestijs sentiam⁹.
Et hoc est qd̄ promittit nobis deus p̄ ysa.

plir. vbi dicitur. Longe effugabūtur qui ab-
sorbebant te. **H**inc Apocal. xij. dicit. Elster-
get deus omnez lachrymā ab oculis sancto-
rum. & mors non erit vltra: neq; luctus: ne-
q; clamor: neq; vllus dolor erit vltra q̄ pri-
ma abierunt. **A**d quā nos pducatur.

XCIIII. Symonis & Jude.

Symon frater x̄

ster scio quia vir est cōsilijs: ipsum
audite. j. Macha ij. Dicit Berni.
Nec studium actionis bone: nec ocium con-
templatiōis sancte: nec lachryma penitentis
accepta esse potuerunt illi: qui tanti habuit
obedientiam vt vitam ipam q̄ obedientiaz
pdere maluit. vnde ex his q̄ passus est chri-
stus discimus quāta nos qui puri homines
sumus oporteat pro obedientia perpeti p qua
& is qui deus est non dubitauit mori. **T**er-
tia ergo pposita licet venerabis pater Ma-
tathias iuis contribulibus de Symone fi-
lio suo dixerit. nos tamē verba predicta per
sensum mysticuz altius intelligentes ex p̄so-
na christi ad celum ascendētis ipsa accipi-
mus. **N**ec imerito Matathias enim inter-
pretatur donatus: signās christuz qui super
omnia dona est datum optimū descendens
a patre luminuz: vt ait Jacobus. qui ascen-
dens in celum. post terguz de Symōe apo-
stolo dixit omnibus nobis verbum pposituz.
Symon frater vester scio quia vir cōsilijs est
ipsum audite. ac si dicat. Quia meam cor-
poralem p̄sentiam habere non potestis: au-
dite vestrū fratrem tanq̄ meipm qui meis
cōsilijs est imbut⁹. **D**olētes ḡ glori-
osi huius principis audire cōsiliuz sciendū
q̄ in virtute sui nominis Symō docet nos
obedientiā. non qualēcūq;: sed debitis ap-
pendicijs & circumstātijs adornatam. **N**am
in suo nomine qd̄ est Symon hortat nos ad
obedientiam. Symon enim obediens dicitur.
In eo autem qd̄ dicitur vir cōsilijs: in-
sinuat nobis q̄ eadem obedientia non debe-
at esse nuda: sed bonis circumstātijs esse ve-
stita. **D**icit enim Bernard. **O**bedientiā sim-
plex nō sufficit si suis stipata comitibus nō
aderit. **E**t subiūgit. **E**t ergo obedientia ple-
na sit atq; perfecta necesse est ipsam esse pu-

ram . voluntaria . humilem . patientem . fidelem . deuotam . diuine dilectionis fortitudine roborata . De septem conditiones in septem personis figurate sunt . que vno eodemque nomine sicut ex diuinis colligimus verbis . i . nomine Symonis sunt figurate . Legimus siquidem de symone mago . de symone cyreneo . de symone leproso . de symone machabeo . de symone petro . de symone chananeo qui in manibus est . de symone onye filio . Isti septem illa septem que predictum figurant . non omnes omnia : sed aliqui aliquid . quedam remoue . quedam posuere . Ista per ordinem persequentes primo dicimus quod obedientia ad hoc ut sit efficax debet esse pura . ut solus deus sit in causa qui est causa causalissima . quicquid enim extra deum agitur nihil valet . Sunt enim aliqui qui oculum considerationis extra deum ad questum rei temporalis inflectunt qui solius ambitionis causa platonum mandatis obediunt . isti symonem magum induunt . de quo dicit Actuum . viij . Cum vidisset symon quod per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus : obtulit eis pecuniam . dicens . Date mihi hanc potestatem ut cuiuscumque impouerero manus accipiat spiritum sanctum . Petrus dixit ad eum . Pecunia tua recusat in perditionem : quoniam donum dei existimas pecunia possidere . non est tibi pars neque sortis in sermone isto . cor enim tuum non est rectorum coram deo . Unde Mattheus . vj . dicit . Si oculus tuus simplex fuerit : totum cor tuum lucidum erit . oculum intentionem vocans . Ad exponens iterum Bernardus . dicit . Sunt quorum non est simplex oculus et receperunt mercedem suam . Secundo obedientia ad hoc ut sit efficax debet esse voluntaria . ut in difficultatibus prompte et hilariter impantibus obediatur non tanquam hominibus : sed sicut deo placere per omnia cupientes . contra enim obedientia non habet meritum apud deum . Hinc . i . Paralipomenon . viij . dicit . Scito deum et seruias ei corde perfecto et animo voluntario . Quod etiam Petrus apostolus hortatur : dicens . Prouidentes bona non coacte : sed spontanee secundum deum . neque turpis lucri gratia : sed voluntarie . ut testimonium Pauli . ij . Corinthios . vj . nobis possit veraciter adaptari dicit . Testimonium illis perhibeo quod super vertice voluntarii fuerunt .

Sed notandum quod non omnis obedientia de

bet esse simplex voluntaria . Cum enim aliquid de prosperis et delectabilibus percipit : ut cum alicui episcopus vel abbas ut accipiat precipiatur talis obedientia non debet esse simpliciter voluntaria : sed secundum quid : hoc est secundum aliquid . i . secundum voluntatem dei . Quod Gregorius pulchre nobis inlinuat : ita dicit . Obedientia si de suo aliquando aliquid non habeat nulla est . aliquando autem si de suo aliquid habeat minima est . verbi gratia . Cum huius mundi successus precipiat cum locus superior impatiens qui ad percipiendum hoc obedit : obedientia sibi virtutem euacuat si ad hoc etiam ex proprio desiderio anxietat . non enim in hac re ipse obedit : sed suo desiderio obedit . Rursus cum mundi despectus precipiatur : cum opprobria contumelie vel etiam damna quelibet iubemur nisi hoc et ex semetipso animus appetat obedientie sibi meritum minuit . quia ad ea que in hac vita despecta sunt inuitus nolens descendit . Debet ergo obedientia in aduersis de suo aliquid habere . et rursus in prosperis de suo aliquid non habere . quatenus in aduersis tanto gloriosior sit : quanto diuino ordini etiam ex desiderio iungitur . et in prosperis tanto sit vtrior : quanto in presenti ipsa quam diuinitus percipit gloria funditur ex mente separatur . Si ergo obedientie palmas apprehendere veraciter nitimur : prosperis huius seculi ex sola iustione inuiti : aduersis autem ex deuotione militemus . Et sic patet quomodo debeat esse voluntaria . Sed heu platonum mandatis multi obediunt : sed inuiti et semper murmure . qui non solum non acquirunt meritum : sed penam murmurantium incurrunt . Hi tales induunt symonem cyreneum . qui inuitus crucez domini portauit : et eadem in angaria baiulauit .

Tercio obedientia deo grata debet esse humilis . quam illi exoluunt qui preteritorum suorum malorum memores et per hoc humiles : eo diuinis mandatis humiliter obediunt . quo per obedientie bonum ad deum se posse redire confidunt . Recogitant enim quod superbiendo de paradiso electi sumus . et ideo sperant se per obedientiam humilem reuersuros . Propter quod nobis magnis peccatoribus consulit Ecclesiasticus . vij . Humilia valde spiritum tuum : quoniam vindicta carnis impij ignis et fumus . Et id

tanto amplius et profundius se humiliat: quāto se peccando contra deum meminertit exiisse. Isti ergo symonem leprosum induit: qui cum deum inuitavit leprosus non erat: sed quia fuerat solo nomine leprosus vocatus. sic isti nomen sibi venient peccatorum qui etiam de peccato peccato nesciunt esse securi. que scilicet humilitas quāto fuerit profundior: tāto est deo acceptior. De hac humilitate iterum dicit **Bern.** Homo homini propter deum se subiiciens comittit ei bonam voluntatem suam in deo formandam in sensu et spiritu humili. Quod etiam perfecti faciunt ipso **Bern.** dicente. Perfecti quicquid et spirituales cum ad robur et firmitatem perveniunt virtutum: per obedientie et subiectionis virtutem promunt se semper: ac detrahunt in id quod incipientium est. et unde infra se descendunt. inde ascendunt super se et humiliando se proficiunt. Quattro obedientia nostra debet esse patiens. que videlicet patientia semper in omni obedientia licet sit necessaria. in his tamen est in quibus nullus fructus: nulla utilitas cognoscitur. frequenter enim impatientes murmurantes et dicentes. ut quid iubemur hoc facere? que utilitas in hoc facto? non attendentes quod si nulla est utilitas in executionis effectu. est tamen utilitas in obedientis affectu. Unde **Bern.** Sunt aliqui qui in his que videntur licita obediunt: sed si quicquid minus licitum: minus utile a prioribus videatur iniunctum: licite contradicere possunt credunt. non advertentes obedientiam **Abrahe** vel **Johannis heremite**. qui lignum aridum rigavit et siccum animare voluit. vel certe **Buctij** abbatibus. qui propter obedientiam filiorum suorum in flumen iactare voluit. vel illius qui filium suum in clibanum ardentem propter obedientiam misit. In quibus omnibus non solum nulla utilitas visa est: sed etiam crudelitas et res illicita videbitur. in quo non dicimus quod in omni illicito sit generaliter obediendum. quia nunquam in his in quibus leditur conscientia obedire tenemur. Unde **Bern.** perfectam obedientiam diffinites dicit. Perfecta obedientia sit maxime in incipiente indiscreta. hoc est non discernere quicquid precipiat: sed ad hoc tantum inniti ut fideliter fiat quod a maiore precipiat. In his ergo que taliter ut dictum est illicita videntur. i. inco-

veniētia obediendum est. et hoc agentes induimus symonem machabeum. Sed non in talibus illicitis que fieri oporteat cum peccato. Unde cum duplex sit illicitum: scilicet quod inutile est et inconveniens. in illo obedire expedit: sed non in illo quod facimus cum peccato: dicente **Bern.** In perfecti cordis et infirme voluntatis indicium est statuta seniorum studiosius discutere habere ad singula que iniunguntur et exigere quod quibuslibet rationem male etiam suspicari de omni precepto cuius causa latu erit. **R.** Quinto obedientia nostra sit fidelis. ut in his que facimus per obedientiam veram fidei teneamus. non quacumque fidem loquor: sed eam que est affectuosa et omnium virtutum emulatio. quia quantumcumque magna sit obedientia: nulla tamen est si non sit super fidei petram fundata. De hac enim fide dicit **Aug.** Non est alia iustitia hominis in hac vita: nisi ex fide vive re que per dilectionem operatur. De qua etiam dicit **Greg.** Sic super fundamentum fabrica sic super fide opera construuntur. Vera autem fides est que in hoc quod verbis dicit moribus non contradicit. Fidei ergo veritatem in nostre vite consideratione debemus cognoscere. Tunc enim vere fideles sumus si quod verbis promittimus operibus adimpleamus. que videlicet in nostris perfectibus recipit incrementum. Fideles ergo fidem nostre obedientie tanquam fundamentum substernentes symonem petram induimus. qui propter fidei firmitatem dicitur est a domino petrus. Sexto obedientia nostra debet esse deuota: ut in devotione firmes cum affectu deuotissime quod precipi impleamus. semper pre oculis habentes. non tamen id quod agimus sed quo agendo intendimus. et sic idem symonem chanaanem qui interpretatur zelator. chanaan enim zelus dicitur. inde chanaanem esse zelatorum zelus enim seriosus feruor dicitur. que zelus illi habet qui in serioso feruore ea que precepta sunt firmiter exequuntur. hos tyrones qui serioso zelo feruere monet **Bern.** vi. Non vos terreat humane fragilitatis defectus: si quando sarcina mandatorum vires nostras excedere videatur. et scitote quod que consistunt in domino mutabunt fortitudinem. non est enim in nobis: sed in deo deus est fortitudo nostra et in eius obedientie fortitudie. Cui igitur alicui frater aliquid graue precipi: dicat ut ille frater in corde suo. Fortitudo mea deus meus? dominus meus? et id humano defectu

aggrediar qđ diuina fortitudo perficiet. sicut de quibusdā in matre nostra regula dicitur. inx vt aliquid a maiore precipit ac si diuinitus imperet moram pati nesciunt in faciēdo. et sic imitatores isti? principis erimus qui res corpns et animam in obedientia posuit propter deū. **H**ic inserenduz est si quid de eius vita vel passione volumus enarrare. **S**ep̄timo obedientia nostram diuine dilectōis fortitudine roborem? per quam tori et ex toto accensi et fortitudine torborati nostra obedientia ad formā et exēpluz obedientie dñi disponemus. Deus autē suam obedientia flore triplici adornauit. **O**bediuit enim patri liberaliter. totaliter. dulciter. **L**iberaliter quia in omni sua obedientia nihil vnq̄ propter se fecit nec qđ sibi foret vtile sed qđ nobis. **T**otaliter etiā obediuit. q̄a omne qđ est ipse: et qđ habuit pro nobis patri in sua obedientia offerebat: nihil omnino ex omnibus sibi seruans. **D**ulciter obediuit vt in passione crudelissime mortis. nec contra patrem: nec contra tortores: nec contra eos pro quibus pertulit murmuraret. **S**ic etiā bonus obediens suam obedientia deo exhibeat ad quadraturā et lineaz obedientie dei nostri. **S**ic enī monet et hortat **J**ud. vii. **Q**đ me videtis facere omnes facite. exēplū em̄ dedit vobis vt et vos ita faciatis. **U**t ita facientes induam? septimū **S**ymonē. i. **O**nye filium: qui vis mea domin? interpretatur. quia talis et tanta obedientia nō per vim nostram que nulla est: sed per vim domini adimpletur etc.

XCV De eodem sermo. ij.

Judas fortis viribus a iuuentute sua sit nobis princeps: vt sup̄. **D**icit Augustinus. **C**ōfitemur siue deū laudantes siue semet ipsos accusantes: pia est vtracq̄ confessio. siue cum reprehendis te quia non es sine peccato: siue cum illum laudas qui nō potest habere peccatum. **Q**ue verba optime congruunt th̄mati pposito. **J**udas enim cōfitemus siue laudator interpretat. **I**n quibus verbis instrumur de duplici confessione faciēda. **P**rima debet fieri de nobis. se-

cunda de deo. **P**rima est proprie cōfitemus propria mala. secūda laudantis dei beneficia. **D**ebet autem vtracq̄ esse fortis. qđ docemur i eo qđ **J**udas fortis viribus dicitur a iuuentute sua. vt in eo qđ dicit **J**udas monemur de confessioe. in eo autem qđ fortis dicit monemur de confessiois bone cōditione. vt sicut in priorī sermōe **S**ymon monuit de obedientia: consiliuz vō monuit de appendicia siue de appendicijs: sicut in isto sermōe **J**udas monet de confessioe. fortis viribus de bonarū conditionū insinuatione. **S**i em̄ confessio nuda fuerit nihil placet. **H**uius ergo verbi occasione duo dicemus per ordinem. **P**rimo de confessioe. put signat peccatoruz accusatōem. secundo de confessione. put signat dei laudatōem. **P**rimo enī sunt mala nostra extirpanda. secūdo virtus dei laudāda. **P**rimo cōfitemus peccata purgemus vt postea deum laudem?. quia vt dicit **E**ccli. xv. **N**on est speciosa laus in ore peccatoruz. **E**rgo cōfessio de peccatis nostris faciēda deo possit esse grata et accepta: adeo vt p̄ ea statim remissionem peccatoruz a domino consequamur: quicq̄ debet habere circūstantias ipam confessionem per omnia sanctificantēs. **D**ebet enim esse integra. volūtaria. discreta. ex cogitata. et amara. que quinq̄ intelliguntur in hac dictione iudea. ita videlicet vt quelibet illarum literarū dictionem integraz representet. que si omnia cōueniunt nostrā confessionem sanctificant. sicut dicitur in ps̄. **F**acta est iudea sanctificatio eius. ac si dicatur. **J**udea. i. circūstantie per has literas designate est sanctificatio confessionis. i. sanctificat confessionem. **P**rimo ergo vt nostra confessio sanctificet. i. sanctos nos efficiat debz esse integra: vt oīa cōmissa sine exceptōe: sine diminutōe fideliter exponam?. hoc facere monemur in ps̄. **E**ffundite corā illo corda v̄ra. **G**lo. effundite. i. totū extra fūdite. **L**ren. ij. **E**ffunde sic aquā cor tuū. **A**ug. **C**aveas ne verēcūdia duct? diuidas p̄fessioez. **Q**uare? **Q**uia de? sūme bon? et sūme p̄fect? non pot opus facere imp̄fectū. aut em̄ totū hoc? sanar: aut nihil. **U**n̄ versus. **L**arga dei pietas veniā non dimidiabit. **A**ut nihil aut totū propiciando dabit. **E**t ratio huius est. quia